



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

305. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ex eadem, cap.

Nullus penitus audiatur qui unius cau-
ſe propositionem apud duos judices partiri
voluerit.

Interpret. I. 2:
Cod. Theod.
De judiciis.

De eadem re. *Ex Capitularibus.*

CCC V. Ut nemo Episcoporum homi-
nem peccantem ab Ecclesia & Christiana reli-
gione vel communione alienet donec illum ut
secundum evangelicum præceptum ad emen-
dationem & pœnitentiam redeat commoni-
tum habeat. Quod si incorrigibilis permane-
rit, regiae potestati Episcopus notum faciat,
ut constringatur. Quod si nec sic correxerit,
tunc secundum leges canonicas à communio-
ne ecclesiastica segregetur.

Capitula Ka-
roli Calvi tit.
26. c. 6.

De eadem re. *In synodo Meldensi*
cap. LV.

CCC VI. Ut nemo Episcoporum quem-
liber sine certa & manifesta peccati causa
communione privet ecclesiastica. Anathema
autem sine consensu Archiepiscopi aut coëpis-
coporum, prælata etiam evangelica admoni-
tione, nullum ponat, nisi unde canonica do-
cet auctoritas: quia anathema æternæ est
mortis damnatio, & non nisi pro mortali de-
bet imponi crimine, & illi qui aliter non po-
tuerit corrigi.

Concil. Meld.
c. 56.
Burchard. lib.
11. c. 10.

§ + §

X. iiiij